

Calahorras, ubi fuit Calagurris Iulia, rep. a. 1788 (II 2984 semel descripta). — 1) *Nomen videtur Longini patrium (Hue.).* — 2) *Ala Taurorum victrix civium Romanorum (e. quid significet, obscurum) praeterea ignota, ut et ipsi Tauri.*

2517 L. Vitellius Ma[n]tai¹ f. Tancinus² | cives Hisp. Cauresis³, | eq. alae Vettonum c. R.⁴, | ann. XXXXVI stip. XXVI, | h. s. e.

Aquis Sulis (Bath) Britanniae (VII 52 cf. p. 306 vidit Huebner). — 1) *Fortasse idem nomen quod supra N. 2515.* — 2) *Nomen non rarum in Hispania.* — 3) *Caurenses populus Lusitaniae.* — 4) *Ala Hispanorum Vettonum civium Romanorum recensetur inter auxilia exercitus Britannici a. 103 (supra N. 2001).* *Aliud epitaphium equitis ex eadem ala Britannicum est Eph. ep. 4, 670.*

2518 dis manibus | C. Iulius Dexter vet., mil. in ala | eq., cur. turmae¹, armor. custos, signifer tur., milita. annos XXVI, dimis. emer. | honesta missione, duoviratu egit in col. | sua Thelepte, vixit an. LXXXV, hic crematus. | Tutia Tertia marita Iuli Dextri, vix. an. LXX, | hic cremata est.

In Numidia prope locum dictum Bir-um-Ali (VIII 2094 ad exemplum accuratum Bosredonii). — 1) *Curatores turmarum fuerunt etiam inter equites singulares, cf. N. 2186 not. 12, 2203 not. 1.*

2519 (eques hastam gerens) d. m. | Ulpius Tertius curator | alae I contari.¹, Fl. Tutor emag.² he[re]s amico pientissimo posuit.

Tipasae in ora Mauretaniae rep. (VIII 9291). — 1) *Ala prima Ulpia contariorum sub Antonino Pio fuit in Pannonia superiore (supra N. 2005).* — 2) *Sic lapis teste Wilmannsio; videtur intellegendum esse: imaginifer.*

2520 (eques cum signo; sub eo hostis prostratus) dis manibus Flavinus eq. alae Petr.¹ signifer | tur. Candidi, an. XXV | stip. VII, h. s.

Hexham in Britannia non longe a vallo Hadriani (Eph. ep. 7, 995 descr. Bruce; ex Bruceo imaginem lapidis repetivit Domaszewski Fahnen p. 70). — 1) *De ala Petriana cf. N. 2485.*

2521 Sex. Mevius Sex. | f. Fab. Domittius | eques, signif. ala Apriana¹, ann. XXIV, hic situs est. | Σέξτος Μηνόιος | Σέξτον νιὸς Φαβία | Δομίττιος ἵππεὺς σημαφρ.² | ἄλης Ἀπριανῆς, ἐτῶν κδ, | ἄωρος ἐνθάδε κεῖται.

Syene (Assuan) apud mercatorem quendam (III 6026 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Ala Apriana enumeratur inter auxilia exercitus Aegyptiaci a. 83 (N. 1996); praeterea nominatur in titulo Memnonis statuae inscripto a. 170 (C. III 49) et in Notitia dign. or. c. 25, ubi collocatur in Aegypto quidem, sed Hippone loco longe remoto a Syene (Mo.).* — 2) *Semaforum habemus etiam in titulo Latino edito infra inter titulos militares aetatis labentis.*

2522 d. m. | Aurel. Themaes librari. | ale Fronto.¹, vixit annis | L, et Aelia Iulia coiug. et | Aelia Pupula vixit annis | II, Aurel[i]us Thementianus filius parentibus bene | merentibus posuit.

Alsó-Ilosvae rep. a. 1863 (III 804 cf. III S. p. 1375 vidit Domaszewski). — 1) *Cf. N. 2494.*